



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Soc. Iesv Ignativs Sive De Vita Et  
Gloria S. Ignatii Loiolæ Soc. Iesv Conditoris Libri Tres**

**Bidermann, Jakob**

**Antuerpiae, 1635**

Precandi studium. Cap. VI.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10788217-5**

ma commendabant : quæ in ceteris etiam singula admirationem habuissent.

IGNATII *studium precandi.*

C A P. V I.

CETERVM in studio precandi, necesse habeo morari : quippe in eâ virtute, quâ princeps quædam DEVM inter atque hominem necessitudo coitur, & quâ vnâ pleraque DEI dona mortalibus conciliantur.

28. Inundari se sacris delicijs inter preces, cum ipse dissimulare non posset IGNATIUS : modestè, id sibi donum dictitabat concessum, miserijs suis lenandis : velut, quem anni morbiq̃ue ad cetera fractum adepti, solis precibus adhuc idoneum reliquissent. Sacris inauguratus, cum quotidie stas Ecclesiæ preces diceret, vberrimis lacrymarum riujs occupatus, ad verba pænè singula consistere, atque idemtidem interiungere cogeba-



gebatur. Eoque lacrymandi usu  
 assiduo haud nullam oculorum  
 iacturam fecit. Sed pluris tamen  
 censuit, delicias eiusmodi caelestes  
 persequi, quam oculorum com-  
 modis parcere: donec Medicorum  
 consilio, ne valetudinem plare  
 pessum daret, obtinuit à caelesti  
 Numine ius in lacrymas, cum la-  
 xandas, tum coercendas, nullo di-  
 spendio suavitatis. Idem, quoties  
 grauius rei momentum suberat,  
 numquam est solitus decernere,  
 quibusuis rationibus duceretur, nisi  
 de summâ re ad DEVM prius re-  
 tulisset.

29. Horis interdiu singulis, ani-  
 mum consuerat accuratè colligere,  
 ac sepositis curis à seipso, eccuius  
 noxiæ sibi conscius esset, rationes  
 exigere. Tum, si vis afferretur, quæ  
 horam ei consuetudini negasset,  
 proximâ alterâ confestim factam  
 iacturam sarciebat: tametsi num-  
 quam ille externis laboribus adeo  
 se impendebat, vt interioris gaudij  
 sensa prorsus amitterentur. Quin

I potius



potius assuefecit se, DEVM omnibus in rebus, ceu praesentem, spectare, atque ibi, velut in commentario, caelestia legere; & inde se aliosque optimis praeciputionibus erudire. Quem precandi modum vtilissimum rebatur, ijs praecipue quos negotia bona quidem, ceterum humana, intentos haberent.

30. Prius autem, quam ad diuina meditanda accederet, solebat parare se ipse, atque omnem animum studiosè componere: idque eo cum ardore, qui per faciem diffusus, extima quoque corporis perspicue inflammaret. Et quantulacumque ea essent quae ad hanc DEI familiaritatem valebant, principe studio omnia persequebatur, vt in ijs agendis crederes eum DEO praesenti assistere. Quod tum videre praecipue licebat, quoties aut discumbendum, aut à mensa recedendum cum precibus erat. Interea nullo strepitu quies precantis turbabatur; nisi cuius ipse causam pra-



præbuiſſet. A Iacobo quondam  
Lainefio interrogatus ſuper modo  
precandi, quo maximè vteretur,  
reſpondit: In cæleſtibus meditan-  
dis, AGI ſe veriùs quàm AGERE.  
Quod abſolutiſſimæ virtutis faſti-  
gium eſſe, Aſcetæ veteres tradide-  
runt. Nam eum in modum Dio-  
nyſius olim Hierotheum ait, DI-  
VINA PATI ſolitaſſe.

31. Sed præter alia multa, inui-  
tabatur ad hoc ſtudium magnis  
cæleſtium rerum oſtentis. Nam  
in primo morbi discrimine, S. Pe-  
trum iucundiſſimi ſpectaculi pro-  
cæmium habuit, quod ſuprà docui-  
mus; atque indidem ex morbo  
planè conualuit. Nec multò poſt  
vigili, ac neſcio quid de caſtimoniâ  
tuendâ ſollicito, Cælitum Regina  
cum filiolo, inter eximium ſplen-  
dorem ſe obiecit: gaudijsque om-  
nibus perfuſum, timore illo, cete-  
raque fœedarum rerum illecebrâ li-  
beravit. Prætereà Manreſæ graui-  
bus ac velut aſſiduis animi ſcrupu-  
lis compunctus, poſteà quàm Pa-



nicum metum debellauit, sublimium deinde voluptatum communicatione frui perrexit.

*IGNATII visa quadam insignia.*

C A P. V I I.

32. **E**T stabat fortè in gradibus  
 Lædis S. Dominici, pieque  
 diurnas preces magnæ Virgini ad-  
 numerabat; cum repentè animus  
 diuinâ luce collustratus, mirabili  
 cum gaudio SS. Triadem cœpit  
 intueri, & quamdam tantæ rei ima-  
 ginem, quoad licuit, felicibus ocu-  
 lis impertire. Quare immodicis so-  
 latijs initiatus, non singultus tem-  
 perare, non lacrymas potuit erum-  
 pentes continere: & lingua diu  
 aliud loqui, & aliud cogitare mens  
 nequijt, quàm quod insperato mi-  
 raculo semel vidisset: conatusque  
 alijs interim alijsque similitudinum  
 vmbrijs, rei prodigium explicare,  
 audientes in stuporem rapiebat.  
 Certè confestim super illo argu-  
 mento vberem lucubrare com-  
 men-